timore ſubtraxerint cenſura ſimili compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Cortonæ IIII. Kal. martii Pontificatus D. Clementis PP. V. anno III.

MCCLXXXIII.

Anno Domini MCCLXXXIII., indictione XI. menſis februarii, die tertio. In ſedimine Ugheti Farinarii de Aquis . . . . . de Fibinis, & Jacobo Maxono ejuſdem loci, Perroto de Vigli teſtibus vocatis, & rogatis D. frater Henricus de Locedio Vicarius Aquenſis Eccleſiæ, & Epiſcopatus ſuo nomine, & dictæ Eccleſiæ fecit etc. Capitaneum Robellinum de Aquis, Manuelem Rectorem S. Mariæ de Ouvada etc. ſuos certos nuncios procuratores etc. ſpecialiter ad comparendum coram D. Archipresbitero de Boſco Terdonenſis Dioceſis, qui ſe dicit delegatum R. P. D. O. Archiepiſcopi Mediolanenſis in cauſa appellationis, ſeu quæſtionis, quam ei movet etc. Aguſtinus natus Petri Ferrarii de Ouvada occaſione confirmationis, ſeu poſtulationis, quam dicit dictus Aguſtinus ſibi denegatam fuiſſe per ipſum Vicarium contra juſtitiam ſuper Clericatu Eccleſiæ S. Mariæ de Ouvada etc. Ego Ruffinus Bareta de Aquis publicus etc.

MCCLXXII. *col.* 249. *n.* 241. *En lectiones autographi in Capituli Tabulario exiſtentis. lin.* 37. die IV. *legitur* die martis IV. menſis. *lin.* 38. Facinei *l.* Farinerii. *lin.* 41 Vicarii *adde* & Anſelmo Rabino de Biſtagno. *lin.* 48. Vicarii *l.* Vicarius. *lin.* 51. pro etc. *l.* per aliquorum inſolentiam. *lin.* 59 Can &c. *l.* Canonici, & ſpecialiter beneficium quod obtinebat q. . . . . . . quæ dicebatur Reolia.

MCCLXXXIII. *col.* 250. *n.* 242. *lin.* 9. XVIII. *ex autographo adde* I. *ut ſit* XVIIII. *lin.* 20. Crottus &c. *adde* Civitatis Mediolan. Not., ac ſcriba prædicti Archiep.

MCCLXXXVIII. *col.* 257. *n.* 247. *Collata fuit cum autographo Capituli. lin.* 50. *poſt* præſentibus: *adde* Manfredo filio q. D. VVilelmi Johannis, Conrado filio q. dicti D. Vermi Johannis, Thoma Roba, Ogrerio Roba, Vercio q. D. Vercii, Johanne Rapa, & Nicolino filio D. Jac. Carracie teſtibus vocatis, & rogatis. *lin.* 51 *ubi puncta ſcribe* &. Cantor *lin.* 52. ſacre *l.* ſancte. *lin.* 55. Otho *l.* O. *lin.* 58. Deo *l.* Dno *lin.* 61. *poſt* electionis *adde* ſeu poſtulationis.

Col. 258. *lin.* 13. *poſt* comparere *adde* contemſeritis, vel neglexeritis. *Ante hujus Dardanelli Monachi S. Petri electionem in Epiſcopum, jampridem quoque præceſſerat alia Ruzziæ ejuſdem Monaſterii Abbatis ſollemnis nominatio, ut ex hac Capituli membrana colligimus.*

Anno Domini MCCLXXXVI, indictione XIIII., die lunæ XI. octobris in Aquis ſuper lobia D. Uberti Aquenſis Archidiaconi præſentibus D. Bartolino Baudezono Aquenſi præpoſito, fratre VVermino Dardanello Priore S. Petri de Capitevici de Alexandria, Albertino Baudexono Canonico plebis de Rocha vallis Urbarum, Rubeo Canonico plebis de Molariis, & Percivallo Beſſurico teſtibus rogatis. D. Ruzia abbas Monaſterii S. Petri de Aquenſis electus, D. Ubertus Aquenſis Archidiaconus, & D. Oddonus Aquenſis Canonicus faciunt &c. Cunradum de Monteacuto etc. ſuum certum nuncium, & procuratorem ad dandum, & repræſentandum nomine prædictorum D. Bonifacio Vaeto de Vercellis procuratori eorum in Romana Curia exiſtenti appellationem delatam coram D. Archiepiſcopo Mediolanenſi, quæ ſic incipit. *In nomine Domini Aquenſis Eccleſia patris ſolatio deſtituta &c.* & ſic finit *bene laudabiliter canonice, & legitime proceſſiſſe*, & inſtrumentum dicti D. Bonifacii, quod ſic incipit: *A. D. MCCLXXXVI., indictione XIV., die Veneris XVIII. octobris majoris Eccleſiæ de Aquis* præſente D. Bartolino Baudezono Præpoſito S. Mariæ de Aquis, D. Presbitero Agnello Capellano ipſius Eccleſiæ, & F. VVermino Priore etc. Qui dictus Cunradus procurator prædictorum recepto mandato, & procuratione ut ſuperius continetur in continenti, & in præſentia ſupraſcriptorum teſtium dicit, & reſpondit, quod ex nunc arripiebat iter ad prædicta, quæ ſupra facienda, & exequenda. In cujus rei teſtimonium etc.

Ego VVilelmus Beſſuricus Not. Pal. etc.

MCCLXXXIX. col. 258. *n.* 248. *Quoniam hic incipit docum. ſeries, quibus in quæſtione de Eccleſiæ Alex. ad Eccleſiam Aq. ſubjectione uſi ſunt VV. CC. Chenna, & F. Turrius Aq. in nonnullis, qua MS., qua editis libellis, idcirco operæ pretium me facturum, puto ſi ex ordine, quæ vel ab ipſis reperta, vel a me poſterioribus curis collecta ſunt, hic deſcribam, ac primo hoc anno X. Kal ſept. Litteræ Nicol. PP. IV. indulgentiam concedentis pro Eccleſia* FF. MM. de Alexandria Aquenſis Dioceſis. *Epiſt. II. ad amicum p.* 11. *Aſtæ. Item eodem die aliæ ejuſdem Pontificis* Abbatiſſæ, & Conventui S. Mariæ Magdalenæ de Alexandria ordinis S. Claræ Aquenſis Dioceſis. *ibi pag.* 11.

Item hoc anno idibus decembris alias dedit hoc anno litteras hic Pontifex, quibus fratrum Minorum Eccleſiam pro diebus feſtis, & octavis S. Antonii, S. Agnetis, & dedicationis Eccleſiæ viſitantibus indulgentias concedit. In iis autem Alexandriam *Aquenſi Dioceſi adſcribit. En earum exemplar, quod ex ſui Conventus Tabulario eruit P. M. Cavallerius, ac mihi communicavit.* Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei univerſis fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet is de cujus munere venit etc. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur, quatenus ad Eccleſiam FF. MM. de Alexandria Aquenſis Dioceſis imploratum a Domino veniam etc. Datum Romæ apud S. Mariam majorem id. decemb. Pontificatus noſtri anno II.

MCCXC. XII. Kal. aprilis. Aliæ ejuſdem Pontificis indulgentiam concedentis pro Eccleſia FF. Minorum de Alexandria Aquenſis Dioceſis. *ibi pag* 11.

Item aliæ V. Kal. octobris ejuſdem Pontificis pro Eccleſia S. Nicolai de Alexandria Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Aquenſis Dioceſis *ibi pag.* 11.

MCCC. XVII. Kal. decembris. Litteræ, quibus nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi Romæ indulgentias conceſſerunt pro Eccleſia B. Stephani de Bergolio in Alexandria Aquenſis Dioceſis. *Chenna del Veſcovato d'Aleſſ. p.* 184.

MCCCIII. Litteræ Bened. XI. concedentis licentiam docendi, legendi, diſputandi &c. Pariſiis, & ubique locorum Fr. Alexandrino Bonino de Alexan-